



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De artib[us] liberalib[us]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De scientia Marie fo. lxiij

Quoniam sciverit mechanicas muliebres subtiliores et nobiliores sicut eas que sunt aurifrigijs et sericis operationibus et subtilibus suturis et texturis et hmoi. ¶ Et videtur quod sic. ipsa enim ut dicitur Da. Rō pma.
malce. a nullo illustrii vincit. Deat sunt scie et opa illustrii feminaz. g. et c. ¶ Item ipsa sua operatio fuit nobilissima. igitur humilima. s. 2.
maior humilitas apparet scire nobilia et subtilia et operari vilia et communia que tantum scire vilia et operari talia. g. videtur quod beatissima virgo debuit scire nobilia et operari vilia. ¶ Item contra ista subtilia magis ordinantur ad vanitatem que ad utilitatem. operatio autem virginis gloriose tamen ad necessitatem fuit. igitur non erat circa talia. ¶ Item beatissima 3.
virgo perfecta fuit secundum actionem et contemplationem. unde Luc. Optima partem elegit. bona est pars actiuorum. melior contemplatiuorum. sed optima eius que perfecta in actione et contemplatione fuit sicut fuit beatissima virgo. igitur ipsa debuit habere opera actionis que contemplationi minime repugnarent. hec autem sunt opera manualia grossa et communia que non requirunt multam attentionem cogitationi. igitur videtur quod circa hmoi debet esse opus beatissime virginis.

¶ Queritur igitur si sciam mechanicarum habuit. improporcionabiliter excellit effectum causatum ab artibus mechanicis in alijs. igitur scia mechanica in beatissima virgine excellit sciam mechanicam in quocumque. Minor pars ex hoc. quod dignissimum ad quod ordinantur mechanice est vestimentum. primo est anima. secundo corpus. tercio vestimentum. s. dignissima omnium vestimentorum fuit tunica incosutulis quam fecit beatissima virgo. igitur eius ars mechanica causabat nobilissimum effectum. igitur habuit sciam artis mechanice in summo

¶ De artibus liberalibus

Quoniam de artibus liberalibus verum et illas sciuit in summo beatissima virgo. ¶ Et videtur quod sic. Sapientia edificavit sibi Rō p^a.
domum. excidit columnas septem. Illa domus est beata virgo. Septem columnae sunt septem liberales scientie. igitur beata virgo habuit septem liberalium artium scientiam. ¶ Item Exo. Mulier petat a vicina sua vasa aurea et argentea. Hoc exponunt glose et sancti de scientijs secularibus. igitur debent secum scientias seculares de mundo portare sancti. igitur et beatissima virgo. ¶ Item mille clipei pendent ex ea omnis armatura fortium. Turris dauid est sacra scriptura. clipeus scientie physice igitur scie liberales pertinent ad munitonem scripture sacre. igitur sanctorum eas scire. igitur et beatissime virginis. ¶ Item quidam sancti laudant a talibus scientijs. sicut beatus Dionysius documentis artium eruditus satis transiit ad studium summe veritatis. Item de beato Gregorio studijs liberalibus nulli secundus. igitur et c. Item de beato Vincentio et de sancta Katherina et multis alijs. igitur beate virgini non debet desse ista materia laudis.